

I. N. D. N. I. C. 29. 624

*Consentiente Amplissimo*

JURECONSULTORUM COLLEGIO

DE

PUBLICIS JUDICIIS

P R Æ S I D E  
MAGNIFICO ACADEMIÆ RECTORE

*Amplissimo, Consultissimo, Excellentissimo*

V I R O

D N. GOTTFRIDO SVEVO,

Jcto & Antecessore in Alma Wittenbergensi celebratissimo, Curia & Scabinatus Electoralis Adessore gravissimo, Facultatis suæ h. t. spectabili Decano, Domino suo atque Praeceptore aratam venerando disputabit

CASPAR Geelhaar / de Regiomonte  
Prussus.

Ad d. XVIII. JUNII A. C. MDC. LIII.

In Auditorio Jctorum.

WITTENBERGÆ,  
Excutebat Johannes Hake.

*Magnif. Dn.*

MONTIS REGII PRUSSIAE

Civitatis Paleopolitanae

SENATUI AMPLISSIMO

*Nobilissim. Consuetissim. Spectatissimis*

DOMINIS

DDNN. PRÆCONSS.  
CONSULIBUS.

DOM. ME. ATQ. PATRON.  
DEVOT. ÆTERN. COLEND.

*Hanc disputationem publicam in debita ob-  
servantia testimonium, sui suorumque  
studiorum commendationem*

inscribit

CASPAR Beelhaar.



629  
**Q**ua de iudicis modò dogmata, doctè Gelbare,  
Propugnas doctè, Juvenum presente coronâ  
Doctorumque, tuum studium multumque labo-  
rem

Commendant satis, inde Tibi speranda, vel ipso,  
Iudice sunt juris quoque, premia digna Senatu.

Ita Eximio Dn. Respondenti Commen-  
fali suo honorando gratulari  
voluit.

M. Christianus Bilefeld Lub.  
Coll. Phil. Adj.

---

**I**ntegra vitæ, pura labis extremæ  
Quæ dexterâ olim dedicaveras castum  
Fidei Larem, fraudisque nescia, ignara  
Legum, Tibi ipsa moribus piis carmen,  
Et magno honesto plena, quo mihi laudum  
Fastigio ruis, tot undique armata,  
Germania alma, legibus nec ut quondam  
Fugimus nefas dirum, nec amplius sera  
Durat Venus; Lasciva permolit matres  
Pubes, & ultimo piaculo lata  
Tremenda calcat sceptrâ & arripit fasces.  
Tu legibus tamen, GELHARE, Tu sanctis  
Vacas camænis, si qua secula auscultent,  
Sapientqvé publico & suo bono tandem.  
Qui, quas docet, GELHARE quasq; præludic  
Leges Scholis, custodit acer assertor,  
Es pristinum Germaniæ inducet florem.

M. Caspar Alexandri.

Quo

**Q**uæ de iudicis Latii, Gelhare, Quirites  
Dixerunt, jam te vindice firma manent.  
Quæ poscat sibi jura forum, quos urna lapillos,  
Præside MAGNIFICO non sine laude doces.  
Namque Viri Virtus, qui Consultissimus æqui  
Usque Tibi stimulos, doctæ Gelhare, dedit.  
Perge modo trivisse vias, quas igneus ardor  
Indicat, & Juris Lumina tanta sequi.  
Sudanti patet omnis honor: Si pergere nunquam  
Definis, ampla tibi præmia Diva dabit.

*Ita eximio atque eruditissimo Dn. Respon-  
denti appropereare voluit.*

Christophorus ab Heidebreck  
Nob. Pom.

**Q**uandoquidem latitare nequit tuus indolis ardor,  
Pectoris hinc flammæ exerit usque novas.  
Strauchiades Magni Legatus Principis, atque  
Coselius nostra pulchra Corona Schola  
Testantur, satis ut possis decorare cathedram,  
Dum tibi præsidio nuper uterque fuit.  
Et porro tendis tamen, ac sub Præside Magno  
Magnificoque ardes emicuisse novus.  
Insta: sic aliquis fies; sic marmor a fame  
Te capient; morietur nec tua fata sinent.

Faustæ gratulationis & benevolentiaæ contestan-  
dæ tesseram apponebat lubens merito-  
que pereximio Dn. Geelhaario, amico suo  
certissimo

Jacobus Wilhelmus Buchner  
Wittenbergensis.



GRATIOSO SPIRITU DIRIGENTE.

THESIUM IUSTINIANEARUM

VELITATIO DECIMA OCTAVA

ET ULTIMA

DE

PUBLICIS JUDICIIS.

Quam

PRÆSIDE

GOTTFRIDO SUEVO. D.

& P. P. h. t. Rectore

Instituet

CASPAR Beelhaar / de Regiomonte

Prussus.

THESIS I.

Publica judicia (A) ex legibus descendunt (B) & à popu-  
laribus (C) actionibus differunt (D) & à privatis (E).

(A) quæ & publicæ quæstiones in l. 2. §. 32. ff. de Orig. Jur. Et  
publicæ leges dicuntur l. 1. §. 1. ff. ad L. Corn. de Sicariis. Quorum  
tredecim recenset Imperator in §. 3. tit. Inst. de publ. Judic. quibus  
addenda crimen Hereseos l. 4. C. de Heretic. Apostasie l. 5. C. de Apost.  
& hodiernis moribus Furti.

(B) Ex Legibus nimirum publicorum Judiciorum l. 1. ff. de Publ.  
Judiciis, vel de quibus cautum est lege publicâ l. 3. §. fin. ff. de Præ-  
varicat. Neque enim crimen ipsum constituit Judicium publicum,  
sed Lex d. l. 1. Nam cum nollet olim Populus Romanus Consules  
& Prætores in caput Civis Romani animadvertere, injussu Popu-  
li, sed coercere, & in vincula publica duci jubere, iis saltem reli-  
ctum esset. l. 2. §. 6. ff. de orig. Jur. l. 1. ff. de offic. Præf. Urb. Caterum  
de capite civis nisi per maximum Comitatum ut habent verba  
legis 12. tab. relata à Revard. ad L. 12. tab. c. 27. ferri posset. Ideo  
lege. n publicis Comitatis à populo lata, & de poenâ Criminis Sta-

A

cutam

620  
In Audit.  
JCorum  
ad d. Junii  
An. 1653.

Ad pr. 16  
§. 1. Inst.  
d. Publ.  
Jud.

150  
actum, & Judex datus, qui speciali legis beneficio, non Jure Magistratus de crimine cognosceret, unde isto populi decreto aliisque solennibus precedentibus, Judicium Publicum fuit appellatum, *Dn. Frantzk. Ex. 14. q. 5. Arum. Ex. 20. thes. 6.* quod nomen hoc ritu licet sublato, & cum jure Magistratus etiam in Criminalibus agnosci inciperet, tamen remansit. Pertinet quoque ad descriptionem publici judicii, quod in eo ad accusandum ac deferendum quivis de populo, modo alias non prohibeatur *vide l. 1. l. 2. l. 8. cum seqq. ff. de accusat.* admittitur, sive, quorum delatio in commune omnibus sine aliqua legis interpretatione conceditur *l. 30. C. ad. L. Jul. de Adult.* Exceptis quibusdam criminibus, puta Adulterii & falsi in supposito partu, quorum accusatio solummodo proximis necessariisque personis permessa est. *d. l. 30. C. de adulter l. 30. ff. ad L. Corn. de Falsis.* quo respectu Imperator in *§. 1. Inst. de Publicis Judic.* addit, quod executio cuivis ex populo plerumque detur.

(c) quæ solum Jus populo tuentur *l. 1. ff. de Popul. action.*

(d) quam vis enim & populares actiones ad exemplum Judiciorum publicorum unicuique de populo dentur, modo integra persona sit, & cui per edictum postulare licet *l. 4. §. 6. ff. de Popularibus Act.* ita ut è pluribus agere volentibus Prætor eligat magis idoneum, & cujus maxime interest *l. 2. l. 3. §. 1. ff. d. t.* Atamen in publicis Judiciis accusator saltem fungitur vice ministerii, in Popularibus autem Actor præter id, jus aliquod & commodum actionis habet, siquidem post litem contestatam dicitur creditor *l. 12. ff. de V. S. & lucrum pecuniarium, sentit l. 25. §. ult. ff. de SC. Syllan. Dn. Frantzk. d. Ex. 14. q. 5. inf.* Unde Populares Actiones dicuntur quasi publicæ. *l. 1. §. 6. de Suspect. Tut.* aut juxta certum tamen respectum simpliciter publicæ *l. 30. §. 3. ff. de jurejur.*

(e) quæ impetrantur à Prætore, ut per eas Actor persequatur quod sibi debetur *pr. Inst. de Actionibus.* posita certa in libello conclusionem. In Accusationibus ejusmodi impetratione opus non est, sed aliis solennibus, posita sella curuli circumstantibus 6. lictoribus, & 50. Judicibus *vid. Harpr. ad pr. Inst. h. t. & inscriptione, cujus formula in l. 3. pr. ff. de Accusat.* per quam Accusator ad eandem pœnam quam reo intendit, se obstringit,

si in



627  
si in probatione deficiat, quæ inscriptionis necessitas hodie sub-  
lata *Wesenb. Parat. de Accusat. n. 12.* Condemnatus autem etiam  
absque certa conclusione libello insertâ vel pœna corporali affi-  
citur, vel pecuniariâ in Fiscum deferendâ: infamiâ notatur *l. 7*  
*ff. de Publ. Jud.* quod in privatis Judiciis secus est, exceptis paucis  
ex maleficio & contractibus *§. 2. Inst. de Pœn. temerè Litigant.*  
*vid. Velit præced. t. b. XI.* quamquam circa libellum, litis conte-  
stationem, Probationes, appellationes in quibusdam conveniant  
*vid. Vult. ad pr. Inst. de Publicis Judic. n. 10. ad 14.*

TR. II.

Majestatis (A) crimen (B) & generis (C) vox est & speciei  
(D) utrumq; admittitur variis modis (E) & in varios (F) mo-  
dò sunt subditi. (G)

Ad §. 3.  
Inst. b. 8.

(A) Majestas vel divina vel humana, *Aut hent. Gazaros C. de*  
*heret.* Illa læditur per incantationes, Apostasiam, hæresin id est  
pertinacem in articulis fidei errorem, & eorum malitiosam im-  
pugnationem. *Wesenb. in Parat. C. de Heretic. n. 2. Theod. in Coll.*  
*Crim. disp. 5. t. b. 9.* blasphemias de quarum pœna tum capitali  
tum corporali & arbitraria *vid. X. Abscheid zu Augspurg de*  
*anno 1548. tit. von den Gotteslesterern Ordin. Prov. Mauriti*  
*Electoris Saxon. de Anno 1550. tit. von Gotteslästern Augusti*  
*1555. 1581. & Serenissimi nostri Dn. Johan. Georgji 1612.* Alios modos  
quibus divina Majestas læditur *vid. ap. Damhoud. in Praxi Crim. c.*  
*61. n. 9. & Seq.* Hic tantum de crimine Majestatis humanæ omni-  
um quæ in homines committi possunt, gravissimo tractandum.  
Est autem Majestas non tam in externo splendore aut personali  
honore, aut excellentia titulorum, aut Veneratione vel metu in  
animis subditorum, aut Eminentia Virtutum, sed in magnitudi-  
ne, à quâ Majestatem Festus derivat; id est jure ipso, quod in sum-  
mâ potestate consistit, quæ eadem quoq; sit perpetua & legibus so-  
luta *vid. Arnif. lib. 1. de Majest. c. 1. & c. Dan. Otton de Jure Pub-*  
*lic Imper. Rom. c. 9. & alios.*

(B) Ita simpliciter fermè appellatur. Crimen Majestatis  
*in l. 1. pr. & §. 1. l. 5. l. 9. l. 10. ff. l. 1. 2. 3. C. eod. l. un. C. de Privae-*  
*is carceribus l. 2. C. de Falsmonet. ut subintelligatur læsa vel im-*  
*minuta.*

A 2

(C) Sic-

350  
(c) Sicut frequenter in Jure nostro vox eadem generis vicem sustinet & speciei, quale exemplum in adoptione, cognatione, cum naturâ rerum conditum sit ut plura sint negoria, quam vocabula *l. 4. ff. de Prescript. Verb.* In genere autem Crimen Majestatis sumitur pro omni molitione adversus Rempubliam vel Principem instructa.

(d) quatenus à crimine Perduellionis distinguitur crimen Majestatis simplex, ita ut illud committatur, si quis hostili animo (unde & Rei hujus criminis hostes dicuntur *l. 11. §. 3. de his qui notant. infam.* & perduelles à duello quos veteres pro bello usi *l. 234. ff. d. V. S. adversus Rempubl. vel Principem animatus sit l. fin. ff. ad L. Jul. Majest.* & moliat, quid directò in ipsum statum ad ejus labefactionem aut everisionem Majestatem principaliter oppugnans sive ipsam Rempubl. *Trentl. Volum. 2. disput. 32. tb. 1. lit. A. P. Theod. in Colleg. Crim. disp. 5. tb. 2. Dn. Franztk. Exerce 14. q. 6.* Simplex vero crimen Majestatis sit, admissum aliquid non ad status publici everisionem, sed ad dignitatem Principis, & tranquillitatem publicam imminuendam. *Bocer. de crimini lese Majestatis. c. 2. P. Theod. Trent. d. loc.* Et sic prius illud crimen posteriore multo gravius est, licet interdum promiscuè usurpentur

(e) Nimirum Perduelliones. Crimen conjuratione aut conspiratione id est coitione cum juramêto aut sine eò facta. Seditio- nis concitatione, rebellionem sive defectione, Affectatione, nominis & Insigniorum Usurpatione, cruentâ in Principem aut majores statuum administratos machinatione &c. modo omnia illa fi- ant ad turbandam & evertendam Rempubl. Nam in aliud crimen hæc ipsa facta, alio fine suscepta incidunt, *vid. P. Theod. d. loc. tb. 3.* Simplex Majestatis crimen privatos carceres habendo *l. un. C. de Privat. Garc.* aut injussu Principis in carceratum dimittendo *l. 4. in fin. ff. ad L. Jul. Majest.* Monetam cudendo; *l. 2. C. de Fals. mon. & c. vid. l. 2. & 3. ff. ad L. Jul. Majest. & P. Theod. d. loco tb. 4.* Non item contra constitutiones Principis sententiam ferendo; Res Principis perfurtiva auferendo; aut Principi citra metum seditio- nis per voces turbulenta concitandæ maledicendo, de quibus maledictis ipse Princeps cognoscit, qua de causa ejusmodi obtreator temporum ad Principem remittendus est. *l. un. C. si quis Imp. maledix.*

628  
ledix. ut ex personis hominum dicta pensari possint. d. l. un. in sta.  
ut proinde malè Cujac. in Parat. C. eod. ut § libr. 16. Observ. 10. re-  
mittendum, interpretetur condonandum contra mentem Impe-  
ratorum, & explicationem communiter approbatam vid. P. Theod.  
d. loc. th. 4. circa fin.

(F) puta in Imperatorem Romanum in quem populus Lege Re-  
gia Majestatem transtulit privative, quod volunt verba, ei & in  
eum §. 6. Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civ. adeo ut post eam non am-  
plius in populum Romanum sed in Principem hoc crimen admit-  
tatur Wesenb. Parat. ff. ad L. Jul. Majest. n. 4. Nihil obstante Ul-  
piano in l. 1. §. 1. ff. d. t. vid. P. Theod. d. loc. th. 1. lit. g. Regem Ro-  
manorum, non quidem vivo adhuc Imperatore, quo tempore nul-  
la Majestatis Jura vigore Capitulationis usurpat. Tob. Paurm. de I-  
dict. lib. 2. c. 5. n. 12. sed post mortem Imperatoris is ex sola electio-  
ne postmodum Imperatoria Jura exercet, & Imperator dicitur. vid.  
Arum. ad Aur. Bull. cap. 2. pag. 113. nec demùm nugantur post co-  
ronationem Pontificiam Imperatoris nomen fortitur, cum & plu-  
res Imperatores coronari, & approbari à Pontifice fuerint asper-  
nati, nihilo minores propterea ab orbe toto æstimati; in Reges,  
Duces, ac Civitates Superiorem non recognoscentes in Septemvi-  
ros Imperii. A. Bull. t. 24. vers. Sojemande; In Consiliarios &  
Senatores tanquam partes corporis Imperatorii l. 5. C. ad L. Jul.  
Maj. & ex eadem ratione quodammodo in Augustam & Duces  
ac status Inferiores P. Theod. d. loc. th. 3. lit. I. Riem. decad. 15. q. 1.  
Dn. Carpz. Pract. Crim. part. 1. q. 41. n. 72. & seqq. Denique adver-  
sus Pontificem non quàm talem P. Theod. d. loc. th. 3. lit. H. sed qua-  
tenus in terris suis tanquam Monarcha Majestatem exercet. c. fe-  
lices de Pœn. in 6. c. solita. de Major. & obed. Dn. Carpz. d. loc. n. 39.

(G) Sive sint mares, sive fœminæ, sive Laici, sive Clerici c. si quis  
Laicus 22. q. 5. c. 23. x. de sent. Excomm. Sunt enim & hi de principis  
districtu, neque privilegio fori à subjectione & poenis eximuntur.  
Sive sint singuli sive Universitas, distinctione tamen pœ-  
narum inter Autores & promiscuam plebem faciendâ. Vid. P.  
Theod. d. loc. th. 5. lit. A. Non si sint extranei prorsus, aut Va-  
salli tantum, quia nec fidem subjectionis dederunt, & hi libera-

A 3

ri pos-

possunt obligatione si Feudum deserant. *vid. Harpr. ad §. 1. Inst. b. t. n. 39.*

TH. III.

*Add. §. 3.*

Pœna Criminis læsæ Majestatis (A) concernit vitam (B) famam (C) bona (D) & liberos (E)

(A) Si de eo quis accusatus fuerit, etiam ab iis, qui alias ad accusandum non admittuntur *l. 7. ff. ad L. Jul. Majest. & convictus, sive de conatu tantum (eadem enim severitate voluntatem sceleris qua affectum puniri jura voluerunt l. 5. C. ad L. Jul. Majest.) vel per testes, etiam singulares, etiam socios criminis, quibus contra socios creditur, vel per torturam ad quam deveniri potest ex indiciis minus sufficientibus nullo privilegio militiæ, generis, dignitatis hic attendendo l. 4. C. d. i. quæ ut & alia singularia in hujus criminis causa, quæ nec præscribilis, nec appellabilis est, vid. ap. P. Theod. in Coll. crim. Disp. 5. th. 7. Dn. Carpz. Pax. Crim. part. 1. q. 4. n. 3. & seqq.*

(B) Nam ex L. 12. tabb. erat pœna capitalis *l. 3. ff. b. t. Ex Lege Porcia & Sempronia erat pœna Exilii, cui C. Julius Cæsar, à quo Lex Julia Majestatis appellatur addiderat aquæ & ignis Interdictionem, neve condemnato, ad populum provocare liceret. Vult ad §. 3. Inst. b. t. Pœna gladii, sive amissio animæ ex constitutionibus l. 5. C. ad L. Jul. Majest. quæ Legi Juliæ tribuit, non quod ex ea sit, sed quod ex aliis constitutionibus ad eam promulgatis Vult. d. l. Combustionis l. 8. §. 2. ff. de Pœn. l. 9. C. de re milit. ut ita per pœnam gladii omne ultimum supplicium intelligatur. P. Theod. coll. crim. disput. 3. th. 6. lit. B. de consuetudine pœna dissectionis in quatuor partes, vel alio pœnarum augmento addito Ordin. Crimin. Caroli V. art. 124.*

(C) Memoria enim Rei etiam post mortem damnatur *§. 3. Inst. b. t. liquidem & defunctus perduellionis judicari potest. §. 5. Inst. de Hered. quæ ab intest. l. 20. ff. de Accusat. l. ult. C. b. t. nomen ejus insignia, statuz in perpetuum abolerentur, ædes solo æquantur, solum sale conspergitur, arbores in illius sepro ad mediam altitudinem caduntur &c. Columna Ignominiz ibi statuitur &c. quæ & alia magnum Galliæ Thalassiarum, Casparum Colinium talia non meritum oppressisse refert Thuanus Histor. lib. 53.*

(D) Universa ejus bona confiscantur. *l. 5. prin. C. hoc tit. allo.*

629  
allodialia nimirum. Nam Feuda ab aliis agnita, vel ad Dominum  
vel ad Agnatos pertinent. *vid. Harprecht. ad. d. §. 3. Just. b. t. n. 103.*  
*& seqq.* & quidem ipso jure mox à die contracti criminis non ex-  
pectata sententiâ *l. 20. ff. de Accusat. l. ult. C. b. t. P. Theod. d. disput.*  
*§. 1b. 6.* modo crimen sit notorium. *vid. Dn. Frantzk. Exerc. 14.*  
*9. 7.*

(E) Infamia enim notantur filij de quibus tantum loquitur *d. l.*  
*§. 1. C. b. t.* ut proinde ad filias in odiosa materia non sit exten-  
dendum. *Harpr. ad §. 3. Inst. b. t. n. 67.* (licet Aurea Bulla generali-  
ter verterit *Binder*) paterna eos comitatur infamia, ut ad nul-  
los honores ad nulla sacramenta perveniant quod tantum de filiis  
post crimen conceptis pleriq; exaudiunt *P. Theod. d. loc. lit. F. bo-*  
*nis & hereditatibus materna, avita, cognatorum privantur, filii*  
*quidem in totum, quia in iis paterni, hoc est, hereditarii Crimi-*  
*nis exempla metuuntur d. l. 5. §. 4.* Filia vero quasi pro Infirmis  
sexus minus ausuræ, usque ad Falcidiam sive legitimam mater-  
nâ *d. l. 5. §. 3.* ex testamentis aliorum nihil capiunt *d. l. 5. §. 1.* Quâ-  
quam hereditas in testamento ipsis delata non ad Fiscum devol-  
vatur; siquidem pro non scriptis habentur, quæ iis relicta sunt. *l.*  
*un. §. 3. C. de caduc. toll.* sed penes eos permaneat, quibus jure debe-  
tur *P. Theod. d. loc. tb. 6. lit. F. Harpr. ad d. §. 1. Inst. b. t. n. 72. & seqq.*  
Vita denique filiis Imperatoriâ lenitate specialiter concessa fuit  
cum paterno deberent perire supplicio *d. l. 5. §. 1.* Quæ poenæ libe-  
ris Reorum irrogandæ haud abrogatæ sunt per eosdem Impp. Ar-  
cadium & Honorium *in l. 22. ff. de Pœn. P. Theod. d. loc. tb. 6. in fin.*  
Imo confirmatæ à Carolo IV. Imp. in Aurea Bulla *c. 24.*

#### TH. IV.

Adulterium (A) crimen publicum (B) & gravissimum  
(C) est, idque committunt (D) Conjugatus cum conjugata  
(E) solutus cum conjugata (F) & conjugatus cum soluta.  
(G).

Ad §. 4.  
Inst. b. t.

(A) Quasi ad alterius thorum accessus, quod rectissimè defi-  
nitur Violatio fidei ac thori conjugalis, contra eos, qui substan-  
ciam hujus criminis tantum in Infitione stirpis spuria in alienam  
fami-

familiam collocant ut firment assertionem vulgatam, maritum cum soluta non committere adulterium de quo infra.

(B) *l. 1. ff. de Publ. Judic. §. 3. §. 4. Inst. eod.* quanquam proximis necessariisque personis solummodo deferatur copia accusandi *l. 30. C. ad L. Jul. de Adulter.* non tamen inde sequitur, quod non sit publicum, adde quod & quivis extraneus ad accusandum, post propinquos tamen admittatur *P. Theod. coll. crim. disp. 6. t. b. 1. lit. C.*

(C) Inter delicta carnis præcipuum, continens in se plurima alia; Injuriam, suo corpori, conjugii, familiae illatam: Falsum, in Infitione furculi spurii; furtum, Jus sui corporis innocenti subducendo, sacrilegium, sacra connubii jura violando: suspicionibus & discordiis, ærumnis & curis, quod maritus molestius ferat adulterium, quàm necem filii, ut notant ex *l. 88. §. 16. de Legat. 2.* Dilapidationibus bonorum, imò & homicidiis occasionem præbet. ut meritò post heresim gravissimum crimen judicavit Clemens in *can. 16. caus. 32. q. 7.* Melius & sanctius quàm Alexander III. Pontifex, qui inter minora crimina recensere non est vetus in *c. 4. X. de Judic.*

(D) Et quidem dolo malo id committitur à scientibus *l. 12. l. pen. ff. h. r.* non ab iis, qui justo facti errore quid admisserunt, quales casus in *d. l. pen. in c. si virgo c. in lectum 34. q. 2.* explendæ libidinis causæ potius quàm contumeliam inferendi animo. *P. Theod. de loc. t. b. 1. lit. F.*

(E) Quo casu cum utraque pars fidem frangat, & vinculum matrimonii rumpat duplicatum adulterium Oberhurerey vocatur. Nihil autem refert, an justa sit uxor, an injusta, id est cum quâ nec jura connubiorum erant, quævè non solenni ritu ducta est *l. 13. §. 1. ff. h. r.* aut etiam meretrix si post modum honeste vivat, *d. l. 13. §. 2.* Imo & in sponsam committitur adulterium, ne spes matrimonii impunè violetur *d. l. 13. §. 3.* licet poena ordinaria cesset *Heig. p. 2. q. 28. n. 17.*

(F) Is enim alterius thorum violat, & sic adulterium, quod propriè in nuptam fit, & indifferenter, respectu personæ agentis, an soluta sit an conjugata *l. 6. §. 1. ff. ad L. Jul. de Adult. l. 101. pr. ff. de V. S. Ordin. Crim. Carol. V. Const. Elect. Aug. 19. p. 4.*

(G) Quanquam n hoc casu maritus nec stirpem adulterinã in alterius thorũ inferat: nec snæ uxoris thorum violare credatur, cum uxor non habeat thorũ, sed is ad maritum pertineat unde Dd. cõ-

muni-

630  
anniter, à parte conjugati cum soluta rem habentis adulterium  
committi, negant: Eamque indubitatam sententiam ut vocat  
Clarus: magno numero tenent Dd. allegati à Dn. Carpz. Pr. Crim.  
p. 2. q. 42. q. 49. & P. Theod. in Coll. crim. d. loc. rh. 3. lit. F. quos ipse  
sequitur; Attamen cum & jus Canonicum c. nemo blandiatur 32.  
q. 4. quod frustra elidunt Heig. p. 2. q. 29. n. 10. & seqq. P. Theod. d.  
loc. c. non machaberis 32. q. 5. divinum ex interpretatione infalli-  
bili ipsius Christi Matth. 19. v. 9. Marc. 10. v. 11. & Civili l. 13. §. 2.  
ff. ad L. Jul. de Adult. l. 1. C. eod. denique Cæsareum novissimum.  
Ordin. Crim. art. 120. & seq. & Electorale Saxonicum d. Const. 19. p.  
4. Congressum hunc mariti cum soluta pro adulterio habeat; ei-  
demque definitio adulterii competat, & maritus utique fidem  
conjugalem violet, quod intendit d. const. Saxon. ibi seine Ehe-  
brecherey in quo substantia hujus delicti consistit: merito à com-  
muni recedimus, sententiam in thesi positam pro sanctiore & ve-  
riore habentes cum Menoch. Arb. Jur. q. c. 420. n. 105. & seqq. Mon-  
ner. p. 5. de Matrim. cap. 2. Dn. Carpz. d. q. 52 n. 49. & seqq.

Th. V.

Lege Juliâ (A) adulterium vindicatur (B) nec non consti-  
tutionibus (C) quanquam diversi modè (D)

Ad d. §. 4.

(A) Lata, non ut glossa & alii volunt, à Cajo Julio Cæsare sed  
ab Augusto teste Sueton. in August. cap. 34. ubi leges eum retractas-  
se ait, & quasdam ex integro sanxisse, ut sumptuariam, & de a-  
dulteriis, & de pudicitia; Julia autem dicitur, ab assumpto nomi-  
ne Patris adoptivi Caji Julii Cæsaris, à quo Augustus appellari  
consuevit Julius Cæsar Octavianus.

(B) Et quidem poena capitali gladii nimirum. Lex enim hæc Ju-  
lia Temeratores alienarum nuptiarum gladio punit dicit Impe-  
rator in §. 4. Inst. de Publ. Jud. quanquam enim Dd. comm. poenam  
Adulterii ex L. Julia non mortis, sed deportationis aut Religatio-  
nis fuisse statuunt, idque firmet l. 5 ff. de Quest. l. 1. §. 2. ff. ad L. Jul. de  
Adult. l. 4 §. 7 ff. de Re. mil. Cæterum d. §. 4. ex consilio Triboniani, qui  
suo tempore accommodare se voluit, non de primordiali Legis Ju-  
liæ

B

liæ

150  
lia sanctione, sed de ejus accessione intellectam velint, attamen  
eum nec hoc verisimile sit, neque semper usitatum, accessionem  
prorsus novam, veteri legi acceptam ferre; nec credi de Impera-  
tore Augusto debeat, Stupri poenam eum voluisse majorem esse,  
scilicet corporis coercionem cum relegatione §. 4. *Inst. de Publ.*  
*Judic.* quam adulterii. Denique historiarum exemplis compro-  
betur ante Constantini tempora supremo supplicio punitos fuisse  
adulteros; Certè ob tam expressa verba dicti §. 4. non possumus  
non poenam gladii adulteris interminatam ad L. Juliam referre,  
quæ ipsa licet vel conniventia Imperatorum vel habito respectu  
clarissimarum personarum & inferiorum in deportationis vel Re-  
legationis poenam abierit, quod innuunt leges supra allegatae, in  
usum tamen deinceps revocata fuit à Dioclet. Maximiano in l. 8.  
C. de Transact. & repetita à Constantino l. 30. C. ad L. Jul. de Adult.  
& Justiniano in Nov. 134. c. 10. P. Theod. in coll. Crim. disp. 6. th. 3. lit.  
C. Dn. Carpz. in prax. Crim. p. 2. q. 52. n. 26. & seqq.

(c) Diocletiani nimirum Maximiani, Constantini Justiniani  
dd. loc. Carol. V. in Ordin. Crim. art. 120. Augusti Sax. p. 4. c. 19.

(d) Nam ex Constitutione Justiniani foemina adultera virgis  
caesa in monasterium detruditur, salva marito facultate intra bi-  
ennium illam recipiendi d. Nov. 134. Auth. sed hodie C. ad L. Jul.  
de Adult. cujus mitigationis ratio, nec à sexus imbecillitate, nec  
quasi minor sit obligatio uxoris quam mariti desumi potest, sed  
conniventiae & lenitati Imperatoris id acceptum ferendum est;  
sicut & Constitut. Carolina art. 120. Et Jus Saxonicum Land-  
recht lib. 2. art. 13. à Jure Justiniano non recedit; unde Uxoribus  
adulteris hodieque dum scilicet usus monasteriorum non est, fu-  
stigationis poenam cum perpetua relegatione dictari, etiam extra  
Electorum Saxon. testis est Virg. Pingiz. quæst. Saxon. 45. p. Heig.  
p. 2. q. 29. alique allegati à Dn. Carpz. d. loc. q. 53. n. 11. & seqq. quæ eâ-  
dem poenâ etiam conjugatus tenetur cum soluta rem habens Heig.  
d. loc. n. 5. Berlich. p. 4. concl. 27. n. 46. In Electoratu vero Saxon.  
poena in adulterio duplicato à mariti & uxoris parte est æqualis  
gladii nimirum, non habita ratione vel remissionis conjugum  
vel præscriptions quinquennalis. Const. Elect. 19. p. 4. In Adulterio  
simplici conjugatus cum soluta, qui utique adulterium com-  
mittit



mittit *rb. preced. lit. g.* ut & solutus cum conjugatâ rem habens;  
gladio punitur. Salva tamen remittendi inter conjuges faculta-  
te, ad effectum mitigandæ poenæ, de quo, ut & poena foeminae so-  
lutæ conjugatum admittentis *vid. d. Const. Saxon. 19. p. 4.* & pra-  
cticos harum Regionum criminales.

TH. VI.

Lege Cornelia (A) de Sicariis (B) tenetur & qui verè oc-  
cidit (C) & qui mandavit, (D) & qui alium pro alio. (E)

ad §. 5  
Inst. b. t.

(A) Lata à Cornelio Sylla dictatore cujus mentio fit *in l. 2. §.*  
*32. ff. de Orig. Jur.*

(B) qui à fica id est, brevioris gladio, sive ferreo cultro §. 5. *Inst.*  
*de Publ. Judic.* (& hæc à secando quasi seca) dicuntur: ut tamen hæc  
appellatione quodvis aliud homicidium, quocunque modo, te-  
lo, vel armorum genere commissum veniat; *vid. §. 6. Inst. de Inter-*  
*dict. §. 5. Inst. de Publ. Jud.*

(C) An manu, an calce, an pede, an veneno, aliisque artibus oc-  
cultis aut apertis factum sit, nihil interest, sufficit hominem esse  
esse peremptum. Solus autem conatus homicidii non punitur pro  
perfecto delicto, unde, quod *in §. 5. Inst. de publ. jud.* dicitur, Legem  
Juliam ultore ferro persequi etiam eos qui hominis occidendi  
causa cum telo ambulant, generali omnium locorum consuetu-  
dine est abrogatum, ita ut eo casu saltem ad poenam extraordina-  
riam, & in casu gravis vulnerationis, maximè si ex insidiis facta  
fuerit, ad amputationem vel fustigationem cum perpetuâ relega-  
tione perveniatur. *Const. Elect. Aug. 13. p. 4. vid. P. Theod. d. 7. t. b. 6. F.*

(D) Mandator enim cædis pro homicida haberur *l. 15. ff. ad L. Cor.*  
*de Sicariis.* Et quanquam quoad obligationem inter contrahen-  
tes, in re turpi atque illicita nihil agatur utique tamen ad accusa-  
tionem publicam fundandam mandasse sufficit, si secutus fuerit e-  
ventus; unde mandans & mandatarius eadem poenâ tenentur, si  
occidi mandaverit, si saltem vulnerari, non tenetur de occiso, ne-  
præter animum occidendi. qui hic decit, ex sola culpa capitis da-  
mnetur *vid. supra velit. 14. t. b. 3. lit. C.*

(E) Quamvis enim error in persona intervenerit, & quo  
B 2 ad per-

ad personam occisam animus occidendi argui in homicida non  
possit, adfuit tamen dolus, & animus occidendi in genere, quem  
cum ipsum factum sive homicidium insecutum fuerit, utique ordi-  
nariae poenae legis Corneliae locum dari conveniens est. *l. 45. §.*  
*4. ff. ad L. Aquil. l. 18. §. 3. de Injur. Const. Elect. Aug. 6. p. 4. Harpr.*  
*ad §. 5. Inst. b. t. n. 239. & seq.*

Th. VII.

*ad d. §. 5*

Est autem homicidii (A) poena interdum ordinaria Legis  
Corneliae (B) interdum gravior (C) interdum arbitraria (D)  
interdum nulla. (E)

(A) quod à caedendo homine dicitur, estque caedes hominis  
qualitercunque perpetrata *P. Theod. d. disput. 7. tb. 1.* etiam in foetu,  
Nam si ille animatus, & ita abactus vel interfectus fuerit, poe-  
na Legis Corneliae de Sicariis locum habet: Si minus, extraordina-  
ria, scilicet Relegationis, Fustigationis &c. *ue. Dd. comm. vid.*  
*Harpr. ad d. §. 5. n. 23.* quod confirmatum in Ordinatione crimina-  
li Caroli V. *art. 131. & 133 & Const. Elect. 4. p. 4.* In qua disertè  
quoque sancitum, quando foetus pro animato habendus sit,  
scilicet post dimidium tempus à die conceptionis *vid. Dn. Carpz.*  
*in pr. Crim. p. 1. q. 11.*

(B) quae homicidas ultore ferro persequitur *§. 5. Inst. de publ. Jud.*  
quanquam enim Legis Corneliae de Sicariis poena, Insulae depor-  
tatio, & omnium honorum ademptio dicatur *in l. 3. §. 5. ff. ad Leg.*  
*Corn. de Sicar.* unde multi Doctorum, inter quos etiam *Wesemb. ad*  
*d. §. 5.* poenam capitalem non Legi Corneliae, sed ejus accessioni,  
quatenus mutata & correctæ fuit adscribant: Itaque Imperatorem  
*ind. §. 5.* ad statum sui temporis respexisse opinantur; Attamen  
ex ipsa Lege Cornelia, poenam Homicidii capitalem fuisse verius  
est; eo saltem moderamine, ut dignioribus deportatio, humilio-  
ribus verò capitis poena fuerit irrogata, juxta, *l. pen. ff. b. t. vid. P.*  
*Theod. d. loc. tb. 6. lit. A.*

(C) puta si commissum sit homicidium à publicis La-  
tronibus, in personas eminentes ac egregias, in Magistratus,  
infantes &c. si homicidia plura perpetrata; si atrocitate & cru-  
delitate nimia &c. tunc enim augmentum aliquod poenae ad-  
detur,

632

detur, ut trahæ injecti & alligati ad locum supplicii pertrahantur, ut rota tundantur, ei que imponantur, ut ignitis forcipibus aliquoties ustulentur &c. *Const. Caroli V. a. 138. & seqq.* Item si quis accepta pecunia ad mandatum alterius aliquem occiderit; qui Assassinus dicitur, ab ipso crimine Assassini, nimirum, sive homicidii Conductitii, cujus Denominationem, ab Assassinis Asiæ Incolis in gratiam Religionis Mahumetanæ Christianos interficientibus deducunt *Dd. vid. P. Theod. d. disput. 7. th. 4. lit. A. Dn. Carpz. ptax. Crim. p. 1. q. 1. g. n. 1.* Is enim Assassinus rotæ supplicio afficitur; Assassinator autem, sive is, qui data pecunia aut promissa mandat hominem occidi, non vulnerari saltem, gladii poena; ita tamen ut cadaver post factam executionem rotæ imponatur, *P. Theod. d. loc. th. 4. lit. A. Dn. Carpz. d. q. 19. n. 15. & seqq.*

(D) Relegatio temporalis aut perpetua, castigatio, amputatio manus, carcer, multa, castigatio in carcere, puta si impubes doli capax deliquerit; si quis immodicè ebrius exilium mentis passus, & ob id omni rationis usu destitutus fuerit, *Dasz er von seinen Sinnen nichts gewust* / (quod vel per testes jurato deponentes, vel his deficientibus per torturam obtinebit accusatus) si quis iustissimo dolore concitatus ex nimia ira, quæ mentis alienationem inducat fermè, homicidium commiserit. *vid. Dn. Carpz. pr. Crim. p. 3. q. 146. & seqq.* Si lacessitus ab alio moderamen inculpatae tutelæ excefferit, in causa, modo, aut tempore, *vid. Dn. Carpz. d. loc. p. 1. q. 29. 30. 31.* Si ex Melancholia quis deliquerit *Dn. Carpz. d. loc. p. 3. q. 145.* Si homicidium in tumultu à pluribus commissum fit, neque indicia ad torturam sufficientia contra unum ex iis militent. *Const. Elect. Aug. 7. p. 4. adde Const. Carol. art. 148. Gailz. observat. 109. Carpz. d. loc. p. 1. q. 25.*

(E) ut si homicidium prorsus involuntarium fuerit commissum, a furioso cujus nulla est voluntas *l. 40. ff. de R. I.* quique furore suo satis punitur *l. 14. ff. de Offic. Presid.* ab Infante, hunc enim innocentia consilii tuetur, ut furiosum fati infelicitas excusat: ab eo, qui in terminis defensionis constitutus moderamen inculpatae tutelæ circa causam, modum & tempus observavit. Huc refer ea, quæ suprâ habentur *velit. 15. th. 7. lit. a.* ab eo, qui casu aliquem occidit, null omninò præcedente culpa, quod homicidium casuale ap-

le appellatur de quo *vid. Const. Carol. art. 146.* hoc enim pro fus  
impunitum est, adeo ut delinquens nequidem ad solutionem  
Wergeldi Saxonici teneatur, si nec leviuscula culpa ei imputari po-  
ssit *vid. Dn. Carpz. d. loc. 1. q. 27. n. 5. & seqq.*

Th. VIII.

*ad §. 6.*  
*Inst. b. t.* Lege Pompeja de Parricidiis (A) tenetur, (B) non tan-  
tum, qui illud verè commisit (C) sed & qui conatus est.  
(D)

(A) quod generalissimè de quovis homicidio quasi paricidium,  
quod quis parem cæderit, vel occiderit, imo & de alio crimine &  
causa capitali, quibus quæ præerant, olim Quæstores parricidii ap-  
pellabantur *l. 2. §. 23. ff. de Orig. Juris.* Specialius de homicidio  
præter Parentes, & etiam in fratrem, sororem, avunculos, conju-  
gem & c. *l. 1. ff. de Lege. Pomp. de Parricid.* Specialissime de Homi-  
cidio in Parentes aut liberos commisso accipitur.

(B) Ex Leg. Pompeja quidem saltem poena Legis Corneliae de  
sicariis, sive Parentes occiderit, sive Cognatas alias personas. *d. l.*  
*1. ff. b. t.* More Majorum autem Poena Culei erat inducta, cui par-  
ricida, virgis sanguineis (ita enim rectius legimus, quam cum  
Corasio *Miscell. sagmineis vid. Gothofr. in not. ad l. 9. ff. d. t.*) an-  
te verberatus infuebatur una cum cane, gallo gallinaceo, vipera  
& simja in profundum mare proijciendus *d. l. 9. ff. b. t. §. 6. Inst. de*  
*Publ. Jud.* Cujus poenæ in locum cum postmodum vel vivi Com-  
bustio, vel ad bestias damnatio successisset *vid. Paul. 5. sent. 24.*  
Constantinus poenam culei revocavit, in *l. un. C. de his qui paren-  
tes vel Lib. occid.* quæ hodieque frequentatur, ita tamen, ut  
non culco sed lineo sacco immissi felibus adhibitis, & serpen-  
tibus in charta depictis submergantur, aut si flumen in pro pin-  
quo haberi non possit, poena roræ afficiantur *Const. Elect. August.*  
*3. p. 4. ibique. Moll.* quæ pænarum genera etiam Conjugum inter-  
fectores manent *d. Const. 3.* poena vero defossionis ut mater viva  
defodiatur cuneo pectori incussio ob metum desperationis fer-  
mè ab usu recessit. *Const. Carol. art. 131.* De Ratione Veterum  
ob a-

633  
ob animalia in isto supplicii genere additorum vid. Cic. in. Orat.  
pro. Rosc. Interpretes ad d. §. 6. Inst. b. t. & glossa in Landr. libr. 2.  
art. 14. Gothofr. ad l. 9. ff. ad Leg. Pompej. de Parr. lit. a. & Seqq.

(c) Id est, interficiendo Parentes & liberos etiam naturales, et-  
iam impios, non adulterinos, non adoptivos, quia inter illos ne-  
quidem cognatio esse censetur, nec parentum aut liberorum Ju-  
re veniunt, unde nec alimenta iis debentur *Auth. ex Complexu C.*  
*de Incest. nupt. vid. Vergil. Pingiz quest. Saxon. 44. Riem. decad. 14.*  
*q. 6.* Inter hos aurem saltem civili fictione respectus Parentum &  
liberorum est; per Emancipationem facile tollendus. In iis qui  
Socerum, Vitricum, socrum, Novercam occidunt, cum vere par-  
ricidium non sit, poena gladii locum habet addito poenae augmen-  
to injectionis trahæ, vel alio.

(d) Puta si emerit venenum, ut patri daret, quamvis non potu-  
erit dare *l. 1. in fin. ff. b. t.* adeoque fata saltem præparaverit *§. 6. Inst.*  
*b. t.* Sicut & extranei, qui conscij fuerint hujus criminis, ita ta-  
men, ut ejusdem se participes fecerint, eadem poena tenentur  
*l. 6. ff. b. t. d. §. 6.* Sola enim notitia huc trahenda non est *l. 2. ff. b.*  
*t. P. Theodor. Coll. Crim. disp. 7. thes. ultim. F.* Coeterum quod in cri-  
mine Parricidii tanquam singulare quidam volunt ejus accusatio-  
ni non prescribi spacio 20. annorum, sicut aliorum criminum  
regulariter. *l. 12 C. ad L. Corn. de falsis;* sed semper permitti juxta  
*l. fin. ff. ad L. Pomp. de Parricid.* non placet, siquidem *d. l. fin.* sal-  
tem respectu coeterorum criminum, ut adulterii, peculatus & c.  
item Actionis Injuriarum quæ bre viori spatio tolluntur accipi  
commode potest. nequaquam autem illud infert, quasi ne quidem  
20. annis accusationi Parricidii præscribatut. Idem firmat *l. 19. §. 1.*  
*ad L. Corn. de Fals. juncta. l. 12. C. eod. tit. adde Cujac. 4. observ. 14.*  
*Gothofr. in not. ad d. l. 12. lit. t. p. Theodor. d. disput. 7. tb. ult. lit. B.*  
quem ipsum confer in *disp. 8. tb. 7. lit. B.*

Th. IX.

Falsi Crimen (A) ut variè committitur (B) ita variè pu-  
nitur: (C) *ad § 7. Inst.*  
*b. t.*

(A) Quod definitur dolosa veritatis immutatio adeoque do-  
lum

lum requirit, neque error, Ignorantia aut lata culpa ad constituendum hoc crimen & veritatis immutationem sufficit, non item ut alii volunt damnum vel praedicium requiritur: cum saepissime falsum committatur, neque tamen ulli damnum aliquod inde accedat; Vindicatur autem L. Corn. de Falsis, quae & Testamentaria vocatur § 7. *Inst. b. t.* cum falsum circa testamenta commissum potissimum intendat.

(B) Vel supponendo partum alienum, cujus vindicta ad Parentes & quorum interest, spectat, non ad omnes de populo *l. 30. ff. ad L. Corn. Falsis.* Vel instrumenta publica aut privata corrumpendo, aut falsa de novo componendo, vel falsum nomen assumendo, animo decipiendi alios, qualis in Muscovia fuit, falsus Demetrius (Si enim citra hunc animum aliud nomen praeter solitum adsciscat, & semetipsum adoptet, quasi, vitium falsi incurrit,) vel falsum testimonium dicendo, aut veritatem reticendo, quo & illi referendi, qui ut testimonium ferant, aut non ferant, pecuniam acceperunt, *l. 1. §. 1. & 2. ff. ad L. Corn. de Falsis.* vel monetam veram, sive Principis sive Privati, cui jus cudendi est, diminuendo, aut adulterinam cudendo *l. 8. l. 7. ff. b. t. adde l. 1. cum seqq. C. de falsis monetis.* Vel falsam monetam scienter expendendo, merces venales corrumpendo, pondus, aliquo pejore additamento augendo, falsa mensura pondere &c. utendo;

(C) Interdum capitaliter, flammarum exustionibus, ut habetur in *l. 2. Cod. de Fals. Mon.* Si quis nummos falsa fusione formaverit *d. l. 2. adde Ordin. Carol. art. 111.* interdum fastigatione cum perpetua relegatione, si mensuris, ponderibus, ulnis, stateris &c. nullis quam publicè probatis usus fuerit, *d. Ordin. Carol. art. 113.* Si falsam monetam sciens dolo malo expenderit: Rigore *dict. art. 111.* qui & hunc igni subjicit, sublato. Interdum pecuniaria aliavè arbitraria poena, si quis probam monetam, radendo, aut circumcidendo diminuat. Interdum relegationis & infamiae aut pecuniariae &c. si falsum circa sigilla, instrumenta &c. commissum, quibus poenis pro ratione circumstantiarum aut addi solet aut detrahi, ut sic potius dicendum sit poenam falsi esse arbitrariam, pro qualitate delicti modo majorem modo minorem, *P. Theod. in colleg. leg. Crim. disp. 8. t. b. 6. Dn. Carpz, Prax. Crim. P. 2. q. 93.*

TH. X.

Raptores (A) foeminarum (B) & privata vindictæ subja-  
sent (C) & publica (D)

639  
ad §. 8.  
Inst. h. t.

(A) Qui vi adhibita (quam vel respectu parentum saltem aut  
eorum in quorum custodia erat foemina, non semper respectu per-  
sonæ raptæ requirimus) eam rapuit & de loco ad locum, & qui-  
dem libidinis explendæ animo, qui regulariter præsumitur, ab-  
duxit, licet prætextu matrimonii.

(B) Sive virgines sint, sive nuptæ, sive desponsatæ sibi vel alii, si-  
ve viduæ, imo & meretrices, quæ deserta priore consuetudine ho-  
neste vivere cœperunt: sive ancillæ sint sive libertæ, sive invitæ  
prorsus abductæ, sive persuasæ consenserint raptui. *l. un. §. 2. Cod.  
de rapt. Virg.*

(C) Nam & Parentibus foeminarum, cognatis, Tutoribus vel  
Curatoribus, Patronis & Dominis, raptores, ut & auxiliares in  
ipsa invasione præsentis interficere permissum est. *d. p. l. un. pr.  
Vers. ne igitur.*

(D) Pœna mortis enim afficiuntur, una cum amissione bono-  
rum, *adde Ordin. Crim. Carol. art. 118.* sublata præscriptione fori &  
appellandi facultate *l. un. prin. C. de rapt. Virg.* Quam pœnam in  
fæminis quoque masculorum raptricibus locum habere verius,  
cum fæminæ in raptu adjutrices eadem pœna teneantur. *d. l. un. §.  
2.* Ergò multo magis auctrices, *Vid. Riem. decad. ult. quest 7.* neque  
remittendam pœnam esse censemus, licet raptor cum raptâ non  
coierit: cum violentia & raptus ipse potius puniatur ut fit in  
complicibus & adjutoribus, *Vid. Riem. d. loc. quest. 8.* Imo ne con-  
jugium quidem raptoris cum raptâ permittitur jure civili, *d. l. un.  
§. 1.* Licet jure Canonico raptor contrahendo matrimonium cum  
raptâ, pœnam evitet, *cap. pen. & ult. X. de rapt.* Quod hodieque  
in favorem matrimonii observatur, si nimirum raptâ raptori  
spontè nubere velit, neque enim raptor ad evitandam pœnam  
cogere in vitam potest, *Vid. Dn. Carpz. Prax. Crim. p. 2. quest. 75.  
num. 68.*

TH. XI.

Commisum circa pecuniam publicam (A) aut rem sa-  
cram (B) aut circa homines liberos (C) impunè non est. (D)

ad §. 9. &  
10. Inst. h. t.

C

(A) Quod

(A) Quod peculatus dicitur; Si nimirum quis pecuniam publicam vel aliam rem *l. 4. §. ult. ff. ad L. Jul. peculat.* Civitatis tamen Romanæ. Ea. n. proprie sunt Publica. *l. 15. 16. ff. d. V. S.* Non aliarum civitatum (quarum res si subtrahatur, furtum fit, non peculatus, *l. 4. ff. de furt. Harpr. ad §. 9. Inst. de publ. Jud. Arum. diff. Pand. 25. th. 14.*) intercepta. *d. §. 9. Inst. b. t. l. un. C. d. Crim. Peculat.* Idque vel auferendo vel in rem suam vertendo: vel minus in tabulis quam ex redditibus publicis acceperit. scribendo *l. 10. prim. ff. b. t. vel alijs modis de quibus in l. 1. l. 6. §. 1. & 2. l. 9. §. 5. ff. d. r.* Aliud est si ipse administrator pecuniam publicam retinuerit, nec in usum destinatum converterit, qui tenetur lege Julia de residuis.

(B) Aut religiosam, quod & ipsum peculatus nomine venit. dicta *l. 1. b. t. d. §. 9. Inst. b. t.* in specie autem sacrilegium appellatur quasi sacre rei legium, id est, subtractio, cum sublegere sit furari *P. Theod. Colleg. Crim. disput. 9. th. 4.* Si quis rem sacram, id est, usibus divinis consecratam, ex loco sacro sciens dolo malo surriperit: Non si vel rem sacram ex loco prophano *l. 16. §. 4. ff. d. p. v. vel prophanam ex loco sacro, id enim furtum est, non sacrilegium l. 5. ff. ad Leg. Jul. Peculat. adde l. 4. §. 6. ff. d. r.* Quanquam Jure Can. siue res sacra ex loco prophano, siue res prophana ex loco sacro surrepta sit, sacrilegium constituat *c. quisquis caus. 17. q. 4.* Quod & sequitur *Ordin. Carol. art. 171.*

(C) abducendo, supprimendo, alienando; quod crimen Plagii dicitur, iniquissime olim admissum in Ernestum & Albertum Saxoniarum Duces, Justissime vindicatum in Conrado à Rauffingen.

(D) Nam peculatus pœna ex L. Julia, Augusti nimirum, non Julii Caesaris, est vel pecuniaria, quadrupli nimirum ejus quod ablatum est *l. 6. in fin. l. pen. ff. ad L. Jul. pecul. Vel Corporalis, deportatio, interdum & capitalis §. 9. Inst. b. t. l. un. C. de Crim. Pecul. De residuis L. Julia tenetur ad tertiam partem amplius quam retinuerat. l. 4. §. 5. ff. ad L. Jul. Peculat. adde constit. Elect. Aug. 41. p. 4.* Sacrilegium modo combustionem *Ord. Crim. art. 172.* modo fustigationis, modo rotæ supplicio punitur, *vid. P. Theod. d. diff. 9. th. 4. lit. F.* Plagii pœna olim pecuniaria postea damnationis in metallum vel gladii *l. ult. C. ad L. Fab. de Plagiis.*



Reliquorum criminum (A) pœna fermè arbitraria est (B) quæ tamen & ad mortem extendi potest. (C)

Ad §. ii.  
Inst. h. t.

(A) Puta Criminis *reperundarum* cui se implicat, qui officii ratione aliquid accipit ut. Ex. gr. Sententiam vel justam vel injustam ferat *Fraudatæ Annonæ*, merces annonarias retinendo, donec carius vendi possint &c. *Ambitus*. modis illicitis suffragia ad munus publicum demerendo: *Simonie*, sacerdotium precio sibi comparando.

(B) Interdum enim pecuniaria cum infamia, modo remotio- nis ab ordine, deportatio, relegatio, excommunicatio &c. *vid. Harpr. ad §. pen. Inst. de publ. Jud. P. Theod. Coll. Crim. disp. 9. t. b. 1. 2. 6. ut tamen pro ratione circumstantiarum ex arbitrio Judicis quid interdum addatur aut decedat.*

(C) Cujus exempla in *l. 9. ff. de Extraord. Crim. l. 7. §. 3. ff. ad. L. Jul. repetund. Ordin. Crim. Carol. V. art. 112. & seqq.* Quæ commu- nis doctorum est sententia, quam & ratio firmat, cum in delicto tot omnino circumstantiæ concurrere idque adeò aggravare pos- sint, ut non nisi morte piri mereantur. Minus dubii habet si lex vel statutum dum de arbitrariis penis loquitur, ultimi supplicii expressam faciat mentionem, ut factum in *Ordin. Crim. d. art. 112. & constit. Elect. Aug. 43. p. 4. vid. P. Theod. & plures ab ipso allegati in Coll. Crim. disp. 10. t. b. 2. lit. E.* Quanquam panæ mitigationem sæpè suadeat ætas minor impuberum scilicet, pubertate in mate- ria delictorum, etiam in feminis anno 14. definienda *Ordin. Crim. art. 164. & minorum 25. annis, nimirum ad mitigandum genus sup- plicii, non item ad panam mortis prorsus remittendam. vid. Dn. Carpz. Pr. Crim. p. 3. q. 143 n. 6. & seqq.* Interdum & ætas major in penis corporis afflictivis infligendis, Melancholia, ebrietas im- modica, defectus Judicii in muto & surdo, ira mentis alienatio- nem inducens, transactio cum parte offensa; nobilitas & digni- tas in penis arbitrariis & difformibus, diuturnus carcer, & aliæ causæ, de quibus videndi criminalium rerum Dd. Nos enim cum summo pleraque digito atti- gisse sufficiat, hîc finimus.

## ADDITAMENTA.

**J**ure Saxonico sicut in civilibus ita & in criminalibus libellus articulatus non admittitur, ob generalitatem *constit. Elect. 2. p. 1. Coler. decis. 118.* articulos tamen, indicia perpetrati delicti continentes libello subicere licet *Moller. ad d. const. 2. n. 7.* Et in processu inquisitorio per positiones & articulos examen instituitur. Quibus, inquisitus vel Reus respondere tenetur, uti tota die pronunciat. *Das die verbrechung in gewisse articul zuverfassen/ dem Inquisiten in bey seyn der Gerichtspersonen vorzuhalten seine aussage mit fleiß zuverzeichnen/ &c. Ordinatz. Polit. de Anno 1612. tit. von Justitiensachen.*

### II.

Blasphematorum pœna est ultimum supplicium de Jure divino *Levit. 24. vers. 13. & seqq.* ut & Jure civili, *Nov. 77. c. 1. §. 2.* Novissimis Imperii Constitutionibus: (Nata in veteribus variè, vel pecuniaria, vel carceris, vel ademptio bonorum, vel corporis afflictiva, vel membrorum mutilatio, vel ultimum supplicium pro arbitrio Judicis irrogandum erat vid. *R. U. de ann. 1495. Anno 1500. 1512. 1530. tit. von den Gotteslästerern*) pœna mortis, aut mutilationis membrorum in blasphematores statuta est *R. U. de Anno 1548. tit. von den Gotteslästerungen.* Quam constitutionem Imperialem D. Mauritius Elector Saxon. approbavit, in *ordinat. Provinciali de Anno 1150. & D. Augustus in Ordin. Provinc. de Anno 1555. §. p. 4. const. 1.* in qua verba Recessus Imperii; *benennung etlicher Glieder/* ad Linguam restringuntur: quanquam abscissioni linguæ hodie fermè pœna fustigationis cum perpetua religatione surrogata sit: Si itaque blasphemia immediate in Deum commissa sit, vel detrahendo, quod ejus Majestati & proprietatibus convenit, vel tribuendo quod non convenit, sive verbis injuriis sive imprecationibus & maledictionibus fiat, Pœna gladii locum habet etiam si semel tantum talis blasphemia commissa fuerit; nisi vel ebrietas vel ira vel pœnitentia mox subsequens mitigationem suadeat. Si mediate in Deum committatur blasphemia *pu a ju- rando*

636  
rando vel alteri maledicendo per sanguinem, passionem, vulnera  
& Sacramenta Christi; pena pecuniaria vel carceris irrogatur.  
*Ordin. Pol. de Anno 1548.* Cui id additum est in ordinat. Provin-  
cial. Sax. ut Rei, in publico loco præ foribus templorum, Curia-  
rum, vel tabernarum omnibus conspiciendi sistantur. Et nisi resi-  
puerint è ditionibus Saxonis relegentur. *Constit. El. Aug. 1. p. 4.*  
Cognitio autem de crimine Blasphemiae his in terris indistin-  
cte ad iudicem secularem pertinet vid. *KirchenOrdn tit. von bey-  
den Consistoriis art. 10.* De Jure Imperiali ex recessu de anno 1512.  
*tit. von Gottslästerern vers. vnd sollen die Thäter Clerici, Ecclesi-  
astica Jurisdictioni, Laici, seculari subiacent.*

### III.

Pena confiscationis bonorum, in crimine Laesæ Majestatis, si-  
ve perduellionis locum hodieque habet. *Auth. bona damnatorum  
C. de bon proscriptor Novell. 134. cap. ult. §. 1. Ordin. crim. Caroli V.  
art. 218.* non item in aliis casibus & criminibus, ut volunt *Petr.  
Heig. p. 2. quest. 33. n. 52.* qui pro confirmatione assertionis suæ ur-  
get verba d. art. 218. oder sonst in andern fällen; Verum, delendam  
esse particulam oder & sic demum constructionis rationem sibi  
constare: & pro priore sententia militare; & ipse contextus pro-  
bat, & *Georg. Remus* in *Nemes. Karul.* ad d. art. ulterius fir-  
mat.

### IV.

Jure communi, in duplicato adulterio maritus adulter pena  
gladii, uxor adultera fustigatione & relegatione: In simplici ad-  
ulterio, solutus cum conjugata rem habens, gladio, conjugata  
cum soluto ut & conjugatus cum soluta fustigatione & relega-  
tione; soluta cum conjugato rem habens, carcerem vel temporali  
relegatione punitur. *vid. Petr. Heig. p. 2. quest. 29.* Jure Saxon. in  
duplicato adulterio: tam uxori, quam marito non obstante par-  
tis innocentis remissione pena gladii, in simplici, si solutus cum  
conjugata, rem habuerit, utrique pena gladii, (quæ uxor quidem,  
ob re-

ob remissionem mariti aufugere potest, solutus non item) si conjugatus cum soluta; illi gladius, huic fustigatio cum perpetua relegatione dicitur. vid. Ordinat. Provinc. Sax. Mauriti. de Ann. 1543. Constit. Elect. Aug. 19. p. 4. Ordinat. Provinc. Eccles. & matrimonial. Cæterum ab ordinaria adulterii pœna nec minorennis ad coeundum potens eximitur: *l. auxilium. 37. §. 1. vers. indelictis ff. de minor.* Quam in sententiam in collegio nostro nuperrimè pronuciavimus.

V.

Homicida quanquam ultimum supplicium, hoc est, quod fecit, justissimè expectet. Sæpe tamen illud evitat puta, si inspectio & apertio cadaveris, à Judice & Scabinis, adhibitis Medicis & Chirurgis juratis; non rite præcesserit, expresscripto Ordin. Crim. Caroli V. art. 149. aut illi vulnus non fuisse mortiferum nec vulneratum ex eo decessisse deponant; tunc enim Reus fustigatione cum relegatione perpetua afficiendus est, ut ita in dubio & in criminali causa, sententia mitior præferatur.

VI

Mulier si infantem ex fornicatione conceptum necaverit, ordinaria parricidii pœna culei nimirum, vel, deficiente flumine, rotæ afficitur sed imprægnator; solam fornicationis pœnam incurrit carceris nimirum aut interdum, ob scandalum, extra districtum Jurisdictionis conferre se cogitur *wird auff eine zeitlang der Gerichte verwiesen* / nisi in fanticidium perpetrare jusserit, aut opem occidenti præstiterit, tunc enim & ipse ordinaria parricidii pœna tenebitur.

VII.

Falsificatores monetæ Imperatoris ac statuum Imperii flammæ  
rum

637  
num exustionibus mancipantur, falsificatores monetae, Regum & Ducum exterorum; gladio puniuntur. *vid. l. 2. C. de fals. mon.* quae pena gladii tunc quoque locum habet, si quis falsam monetam formaverit non tamen expenderit, si vero non formaverit, sed expenderit saltem, fustigatione cum perpetua relegatione puni-  
tur,

## CORONIS

### De Imperatore Justiniano.

1. **P**atriam Imperatoris qui natus est Anno Christi 483. Procopius Taurestam Dardanorum dicit, Agathius Boderinam in Illyrico; Nicephorus Achridum Bulgariae Oppidum. Certum est eum in Illyrici regione illa natum, quae olim Dardania, & post occupationem Bulgarorum Bulgaria dicta est.
2. Caesar dicitur Justinianus non quasi à caeso sua matris utero cognomen invenerit, nec quasi cum Caesare natus, nec à caesijs oculis, sed à primo, qui, quod ex utero Caeus, caesar appellatus est, à quo cognomen sequentibus haesit; sicut nec Flavius dicitur à colore sed à Flavia gente Vespasianorum è quibus primus, à colore Flavius dictus fuit, postea idem cognomen ad alios Imperatores & ad nostrum quoque pervenit.
3. Non fuit litterarum prorsus imperitus, aut uti Valla improbè calumniatur quovis ἀναλφαβήτῳ rudior, cum & de Incarnatione Christi pie sermular, ac eleganter eum scripsisse Platina referat. Caterum virtutes ejus, Prudentiam, fortitudinem, facilitatem in adeundo, Pietatem &c. Egregiè commendant Procopius, Agathius, Zonaras, alij.
4. Nec quod uxori Theodora; è Cypro orta; ejusque ingenio, quod vel Liviam Octaviani vel Agrippinam Augusti aequavit, aliquantum concessit, in ejus gratiam plura de commodis mulierum sancivit, Imò consiliorum interdum Participem assumpsit, Nov. 8. c. 1. in pr. Inde eum prorsus uxorium fuisse, & Theodoram consortem Imperii habuisse affirmari potest.

potest. Nam tot Constitutiones & Sanctiones ab ipso solo emissa ac promulgata; & tot gravissima bella, ipsius suscepta auspiciis, denique Concilia sola ipsius auctoritate indicta, in quibus & Eutyckianos, frustra eos defendente Theodora condemnavit, nullo negotio contrarium evincunt.

§. De Bellisario verò extremis annis stipem petente, quod Petrus crinitus de honestâ disciplinâ lib. 9. c. 6. refert, fabulosum existimamus, cum apud Procopium, Suidam, Paulum Diaconum & alios Historie Justinianea scriptores fide dignos, nullum ea de re vestigium extet; quamquam aliorum invidiâ in suspicionem conjurationis eum incidisse in tamedes suas conclusum, sed re deinceps melius explorata innoxium dimissum fuisse, ab Historicis supra allegatis edocti facile cõcedamus. Videatur Alciat. 9. Parerg. c. 24. Giphani. in comment. de Imperat. Justiniano. Ipsum quoque Bellisarium natione Germanum fuisse, ex Austria quodam tractu oriundum non improbabiler adstruit, Giphani, d. loc.

## T A N T U M

Ad

*Eximium Dn. Respondentem, Affinem honorandum.*

**M**acte isthoc animo, pontem conscendæ cathedræ,  
Et benè collectas divide mentis opes.

Doctior ordo probat ceptum, probat incluta mentis

Dona, precans ausis optima quæque bonis.

Nil latitare juvat, nil impallefcere mutis

Auctorum chartis: lux placet in studiis.

Pulpita adire placet, lætamque ostendere messem

Sic natale solum non sine laude petes.

JOHANNES Sperling PP.

**D**ominasq, verum doctæ leges, ô Meus,

Moresq, dulces, optimos vitæ duces,

Sic publico te fistis, idem ut auferas

Animi eræ diti laudem & elegantia.

JOHANNES FRICUS Ostermannus P.P.



*[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, possibly a signature or a list of names.]*







Handwritten text in cursive script, likely a signature or name, possibly reading "Herrn von ...".





Handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript. The text is written on aged, yellowish paper and is partially obscured by a diagonal crease. The handwriting is dense and difficult to decipher, but appears to be a form of early modern German or Latin script. The text is arranged in several lines, with some words appearing to be written in a larger, bolder hand than others. The overall appearance is that of a well-used, possibly annotated, historical document.



u. a.


00 A 64 621


ULB Halle 3  
002 937 379  


W 17

Repro ✓







B.I.G.

Farbkarte #13

L. I. C. 29.

624

plissimo  
M COLLEGIO

JUDI.

D E  
IÆ RECTORE

, Excellentissimo

DO SVEVO,

Wittenbergensi celebratif.

Electoralis Adfessore

ua h. t. Spectabi-

no atque Præ-

venerando

e Regiomonte

C. MDC. LIII.

torum.

RGÆ,

acs Hake.

Magnif. Dn.

